



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 138. Ducissa ab Imperatore per suos Legatos in Sponsam filii sui petita

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. ret, in qua eidem conubii sponsionem
A.C. 1477. faceret, inque nuptialis amoris pignus
 annulum aureum pretioso Adamante or-
 natum transmitteret.

§. CXXXVIII.

*Ducissa ab Imperatore per suos Le-
 gatos in Sponsam Filii sui
 petita.*

Commin. l. 6. Germani Proceres, cum Ludovicum XI.
t. 2. nuptiis Filii sui cum Ducissa oblu-
Gaguin. hist. tari comperissent, impense Maximilia-
Franc. l. 10. num hortantur, ut hujus repulsam oppor-
 tune in rem suam verteret. Quare Fri-
 dericus ejus Pater Legatos suos nulla
 mora decernit, qui Ducissam in filii sui
 Sponsam peterent. Jamjam iidem Le-
 gati Bruxellas intraverant, cum Cliviæ
 Dux nullum non moveret lapidem, ut eos
 a suscepti consilii executione deterre-
 ret. Ex adverso Ducissa defuncti Bur-
 gundiæ Ducis uxor, quæ Mechliniam
 secesserat, eosdem non solum verbis, sed
 tota negotii serie instruebat, omnique ope
 & opera instabat, ut iter suum profe-
 querentur, & nullius moræ dispendio
 Gandavum contenderent; ibi enim om-
 nia, ut honorifice exciperentur, optime
 disposita esse ajebat. His Ducissæ ver-
 bis animati tandem Gandavum salutant,
 non sine gravi Regis Ludovici mœrore,
 quem

quem erroris sui conscium sera nimis poenitentia subiit; Nihilominus Robertum Gaguinum Ordinis Trinitariorum Generalem in Flandriam misit, ut has nuptias impediret: hic tamen sperato successu frustratus est; Cæsaris enim Legati ad alloquium Ducissæ perbenigne admissi, Legationis suæ argumentum explicant, epistolam unacum annulo, quem Ducissa Maximiliano dederat, exhibent, atque in memoriam revocant Burgundiæ Ducis ejusdem Patris consensum, denique sponsionis suæ fidem exsolvi supplicent.

§. CXXXIX.

Burgundiæ Ducissa Maximiliano Archiduci desponsata.

Maria de Burgundia Legatos optato honorabat responso. Igitur quantocius nuptiarum pacta instruuntur, & Legati ad Maximilianum decernuntur; cum vero ejus Pater parcissimus esset, nequidem ad tantam solemnitatem necessarios sumptus impendebat, quapropter Sponsus cum exiguo comitatu Coloniam usque obviam processit, Ducissa tamen quod pompæ deerat, supplevit, atque octingentos equites præmittebat, necnon necessarias suppeditabat pecunias, ut Maximilianus Colonia Gandavum